In Nomine Domini Amen Anno Nativitatis eiusdem Millesimoquadringentessimo nonagessimo Inditione octava die lune quarto mensis Junij
Cum inter varie et diverse lites questiones et discordie verterentur et de maioribus dubitaretur per et Inter venerabilem virum dominum
Michaelem de Barengo canonicum prebendatum ecclesie sancti stephani in brolio mediolani nomine dicte sue canonicalis prebende ex una et ambrosium
de oltrianis et nepotes suos Laycos mediolani ex altera parte pro eo maxime quod prefatus dominus Michael a dictis ambrosio de oltrianis et
nepotibus suis petebat sibi rellassari petiam unam terre iacentem in porta orientali parrochie sancti stephani in brolio foris mediolani ubi dicitur
ad cassinam delatorgiera perticarum quinquagnita del certa de qua petia terre ipsi de oltrianis et antecessores sui alias Investiti
fuerant a prefato domino michaele canonico antedicto nomine dicte sue canonicalis prebende et seu ab antecessoribus suis
in dicta canonicali prebenda pro eo quod locatio in ipsos ambrosium de oltrianis et nepotes facta de dicta petia terre finita erat
et pro parte dictorum Ambrosij et nepotum de oltrianis dicebatur et opponebatur Inter cetera quod Investiti fuerant de nonnullis bonis
dicte canonicalis prebende dicti domini michaelis ab ipso domino Michaele seu ab antecessoribus suis et quia ipsi ambrosius et nepotes
de oltrianis et tenebant et possidebant nonnulla alia bona Immobilia Iuris et proprietatis canonicalis prebende quam obtinet dominus
petrus de magnago in predicta ecclesia sancti stephani in brolio Bonaque ipsa essent inter sese mista nec Inter sese dividi possent ideo
ipsos de oltrianis non posse bona ipsa rellassare dicto domino Michaeli quoniam nesciebant que essent illa bona que pertinerent
dicto domino Michaeli nomine dicte sue canonicalis prebende ne forte sub pretextu bonorum ipsius canonicalis prebende dicti domini
michaelis rellassarent Bona spectantia dicto domino petro de magnago nomine dicte sue canonicalis prebende aut econverso et sic Iniuria
fieret domini ex ipsis partibus aut ipsis ambabus Invicem contendentibus Cumque dicti domini Michael de barengo ex una et dominus
petrus de Magnago ex altera nomine dictarum suarum canonicalium prebendarum ad tollendum lites et differentias vertentes
et que verti et esse possent inter ipsos dominos canonicos del eorum successores super dictis bonis et ut quilibet eorum sciret que essent
bona sua et eorum propria melius gaudere posset convenerunt dicta bona per unum mensuratorem partium confidentem
mensurari facere ut ipsis bonis mensuratis unicuique eorum domini Michaelis et domini petri suam portionem assignare posset
Cumque partes ipse in agrimensorem concorditer elligerint Jacobum dictum cozium filium quondam domini antonij ad mensurandum
dicta bona de quibus ut prefertur questio vertebatur et ad assignandum unicuique eorum dominorum michaelis et domini petri canonicorum predictorum
suam contingentem partem seu portionem ipsorum bonorum Modo predictus Jacobus dictus cozius de filius quondam domini
antonij porte orientalis parrochie dicte ecclesie sancti stephani in brolio foris mediolani agrimensor electus ut supra qui de consensu
partium predictarum mensuravit dicta bona et reperit ipsa bona esse in totum perticas octuaginta quatuor tabulas sedecim et pedes
decem per iustam mensuram dicto domino Michaeli presenti stippullanti et recipienti nomine dicte sue canonicalis prebende assignavit
et assignat perticas quinquagnita tabulas quatuordecim et pedes decem per iustam mensuram ex et de dicta petia terre perticarum
octuagintaquatuor tabularum sedecim et pedum decem in una petia Cui petie terre ipsi domino Michaeli assignate coheret ab una
parte strata ab alia bonorum commandarie seu residentie predicte ecclesie sancti stephani que tenentur per ipsos de oltrianis ad libellum [illegible] et predictos de oltrianis ad libellum [illegible]
et ab alia bonorum canonicalis prebende predicti domini petri de Magnago et predicto domino petro presenti stippullanti et recipienti nomine dicte sue canonicalis
3442 prebende assignavit et assignat perticas trigintaquatuor et tabulas duas per iustam mensuram ex et de dicta petia terre perticarum
octuagintaquatuor tabularum sedecim et pedum decem in una petia terre sita super [illegible] redefossum et namgimum in petie terre dicto
domino petro assignate coheret a mane petia una terre perticarum quatuor residentie predicte ecclesie sancti stephani in brolio
et tenetur ad libellum per ipsum ambrosium oltrianum et Imparte scole sancti vincentij et tenetur per ipsos de oltrianis ad libellum
a meridie strata apud redefossum et a monte nonnullorum bonorum predicte canonicalis prebende predicti domini michaelis et Imparte
ecclesie sancti petri in commandella et tenetur per donatum de roregijs et Imparte canonicalis prebende quam obtinet dominus pre
olinus de comatio in dicta ecclesia sancti stephani et Imparte canonicalis prebende quam obtinet presbiter ambrosius de fregnio in eadem
ecclesia sancti stephani quibus divisione et assignatione factis unicuique predictorum dominorum michaelis de barengo et petri de magnago
in presentia dictarum partium dictus Jacobus agrimensor electus et deputatus ut supra de expresso consensu dictorum dominorum michaelis de barengo
et domini petri de magnago canonicorum ut supra et predicti ambrosij et Johannis Jacobi nepotis sui ambo rum de oltrianis posuit et figit terminos
et limites ut moris est inter dictas duas petias terrarum ut supra divisarum et designatarum inter ipsos duos canonicos per quos terminos seu
limites clare comprehendunt et designantur separatim ipse petie terre Que omnia et singula prefati prefati domini michael et petrus canonici ut supra
nomine dictarum suarum canonicalium prebendarum necnon dicti ambrosius et Johannes Jacobus ambo de oltrianis ubi presentes laudavit aprobavit
et confirmaverunt et laudant aprobant et confirmant et de premissis se [illegible] quod petierunt et petunt et ulterius prefati domini michael de
Barengo et petrus de magnago canonici antedicti Iuraverunt et Iurant ad sancta dei evangelia manibus ad pectus positis predictas
divisiones assignare et [illegible] omnia et singula premissa semper in omni tempore attendere et observare et nullo tempore
contrafacere nec venire de Iure nec de facto per se nec per submissam personam nec quovis alio modo del quesito colore Rogando se [illegible]
partes predicte et agrimensor ut supra electus [illegible] [illegible] unum vel plura publica Instrumenta tot ut supra et [illegible] omnium et singulorum [illegible]
[illegible] et talium [illegible] et factorum et omni [illegible] et [illegible] et de predictis rogatum fuit per me notarium Instrumentum publicum [illegible]
confici [illegible] in predicta petia terre ubi dicitur ad cassinam de latorchiera [illegible] [illegible] sancti stephani in
brolio mediolani presentibus [illegible] paulo de barengo filio quondam domini Juliani porte romane parrochie sancti stephani in brolio mediolani Jo [illegible]
de [illegible] filio quondam domini Jacobi porte orientalis parrochie sancti michaelis sub [illegible] et beltramo de ponte filio quondam domini pauli
porte orientalis parrochie sancti pauli in compedo mediolani omnibus testibus notis idoneis ad premissa vocatis [illegible] rogatis Ho ab
alia bonorum capelle sancti vincentij et tenetur per

Ego Angelinus de Mantegatys filius domini Alexandri porte Ticinensis parrochie sancti victoris et xl martirum mediolani publicus
imperiali auctoritate Archiepiscopalibus [illegible] auctoritatibus notarius predictum Instrumentum Rogatus tradidi et [illegible]

Morbio
23
(111)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858531853-13

Diuisio et assignatio bonorum nominatorum ad
cassina de la torghera inter dominum Michaelem
de Marenago et dominum Petrum de Magnago

[illegible]

Morbio 23 (111)

1240 Jan

XXIX 151

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858531853-13